

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio o  
cum fonte primo

Non omnis qui parcit amicus est,  
nec omnis qui uerberat inimicus,

quia qui freneticum ligat et lethargicum excitat,  
ambobus molestus ambos amat.

Ambos sanat;

ambo quamdiu egri sunt indignantur,  
sed ambo sanati gratulantur.

Augustinus in epistola ad Vincencium  
Donatistam.

Non omnis, qui parcit, amicus est  
nec omnis, qui uerberat, inimicus.  
meliora sunt uulnera amici  
quam uoluntaria oscula inimici (Prou. 27:6).  
melius est cum seueritate diligere  
quam cum lenitate decipere.  
utilius esurienti panis tollitur,  
si de cibo securus iustitiam negleget,  
quam esurienti panis frangitur,  
ut iniustitiae seductus adquiescat.  
et qui phreneticum ligat et qui lethargicum excitat,  
ambobus molestus ambos amat.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 93.2 (CSEL  
34.2, A. Goldbacher ed., pp.448-9, ll.23-27, 1-3).

nam et phrenetici nolunt ligari  
et lethargici nolunt excitari;  
sed perseuerat diligentia caritatis  
phreneticum castigare, lethargicum stimulare,  
ambos amare.  
ambo offenduntur, sed ambo diliguntur;  
ambo molestati, quam diu aegri sunt, indignantur,  
sed ambo sanati gratulantur.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 89.6  
(CSEL 34.2, A. Goldbacher ed., p.424, ll.1-6).